fidelibus dilectis gratiam Regiam. Famati fideles dilecti. Consensi-
mus et admisimus Reueren in Chro Patri Dno Fabiano Epo War-
mien sincere nobis dilecto, villam nram Clawkendorff de manibus
vris eximere et eliberare, vt itaq huiusmodi consensus & admissio
nostra, ad effectum deducatur celerem et debitum. Comisimus hoc
idem exemptionis negotiu nonnullis Comissarijs nostris. Quapropter
mandamus vobis, quatenus posteaqm per eosdem Comissarios nros
vocati fueritis, coram illis, cum munimentis et lris vigore quaru
eandem villam nram Clauckendorff, possidetis, compareatis, sum-
mam pecuniarum in eadem villa nostra vobis iuste et legitime
inscripta recepturi, possessioneq eiusdem, dicto Dno Epo condescen-
suri, et aliter non facturi pro gratia nra. Datu in Brzeszcie
Lituanico in vigilia Conceptionis gloriosissime virginis Mariae. An-
1518. no Dni Millesimo quingentesimo decimo octavo. Regni nostri
duodecimo.

Ad Mandatum Regiae
Mtatis proprium.

Literae consensus super translatione bonorum Tolkemit, Keutelarum, Krebesdorff etc. in Capitulum, cum abrogatione feudi.

I. In nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Rega-
lis prouidentiae solicitudo, inter ceteras Regni curas, ea propen-
siori studio libenter exequitur, quae ad sacrorum et piorum loco-
rum praesertim quae bellorum turbinibus desolata sunt repara-
tionem ac diuini cultus restaurationem et augmentum pertinere,
ac Ecclesiasticis personis religionis incitamenta praestare dinoscun-
tur. Quapropter nos Sigismundus dei gra Rex Poloniae Magnus
dux Lituaniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae,
Lanciciae, Cuiauiae, Russiae, Prussiae, ac Culmen, Elbingen, Po-
meraniaeq etc Dns & haeres. Manifestum facimus tenore
pntium quibus expedit ita pntibus sicut futuris. Quod cum olim
nos cupientes Ecclesiae Warmien bellorum iniurijs plurimu

in suis bonis attritae, conditionem facere meliorem ... Castrum
nrm Tolkyemit cum toto suo districtu ac in omnibus ... con
sistentibus bonis & possessionibus, necnon villas Krebesdorff, ...
San, Neukirch olim per divae memoriae Casimirum Regem Poloniae
genitorem nrm pro monasterio ordinis Sanctae Brigittae in op:
pido nro Elbing erigendo donatas, cum illud suum non sortiretur
effectum bonae memoriae Lucae Episcopo Warmien eiusque succes:
soribus cum omni iure et dominio Regali munificentia perpetuo
in feudum donavimus. Et praeterea pro nostra ac divorum pa:
rentum nroz Regum Poloniae aian salute ac cultus divini au:
gmento quadraginta naves anguillares Kentell appellatas in
mari recenti Hab vocato eidem Epo & Capto et Ecclae War:
mien largiti sumus, prout in nris inde confectis lris plenius
continetur. Cum aut Reveren Pater Dns Fabianus Epus War:
mien volens dictae nrae donationis intentionem ad effectum
deducere ac provide attendens, qd divinorum cura & omis
in dicta Ecclia Warmien non Epo sed Canonicis et Capto
incumbit, eorumque proventus quibus onera hmoi sustinere de:
berent, plurimum sunt attenuati bona supradicta à nobis
donata in ea parte qua ad ipm et Ecclesiam suam pertine:
bant, in eosdem Canicos et Captm, transfudit et transtulit. Quapro:
pter ijdem Canonici et Captm nobis humiliter supplicari fecerunt
ut hmoi translationi, consensum nrm de benignitate Regia
prebere dignaremur. Nos igr considerantes dictum Dnm Epi:
scopum iustis & pijs rationibus nrae etiā voluntati consentaneis
ad faciendam translationem praedictam motum fuisse, ac cu:
pientes dictorum Canonicorum affectus nrae subventionis so:
latio, ad Dei laudes & cultum Ecclicum reddere alacriores,
eorum inclinati supplicationibus translationi praedictae ac in:
de secutae oibus et singulis nrm Regium prebemus consensum.
Volentes ea oia perpetuae firmitatis robur obtinere. Ac subin:
de reputantes inconveniens esse ut quos nra largitione ad
Dei cultum propensiores reddere ac temporalium collatione
ad spuales ~~conditiones~~ vocationes expeditiores efficere conamur,
eos saecularibus curis et oneribus maioribus implicemus, ac vo:
lentes dictam nram donationem quam pietatis affectu fecimus,

nostra liberalitate reddere illustriorem; attento praesertim quod dictus Dns Epus propter litem sibi per certos pro dicto Ordine Sanctae Brigittae agentes, super praedictis villis Kerbesdorff et Carsaw in iudicio Aplico motam, eisdem villis de nro consensu cesserit, feudum supradictum quo bona ipsa erant obligata, supressimus & abrogauimus. Quapropter nolentes dictos Canonicos et Capitulum amissa parte huiusmodi bonorum ad eadem onera obligari, eos ab illis motu proprio tenore pntium liberamus. Volentes tamen ac de ipsorum Canonicorum et Capli, consensu statuentes, vt ipsi Canonici in recognitionem huiusmodi nrae donationis et liberalitatis annis singulis in eorum Ecclia Cathedrali solemnes exequias pro diuorum parentum et fratrum nrorum, aliorumque Regum Poloniae defunctorum animarum salute et refrigerio peragi ac in honorem diui Georgij martyris, ad cuius gloriosa procinia singularem gerimus deuotionem, et in Capella ibidem in qua eius sanctum caput et celebres reliquiae seruantur, vnam missam solemnem cum supplicationibus pro tranquillo & felici statu Regni nri decantari faciant, nos successoresque nros Reges ac Regnum praedictum supplicibus votis Deo omnipotenti et eius sanctis comendaturi. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium pntibus [illegible] Sigillum nrm [illegible] est subappensum. Actum Piotrkouie in Conuentione gnali feria sexta post festum sancti Mathiae Apli. Anno Dni

1519. Millesimo Quingentesimo, Decimonono, Regni vero nri, anno decimotertio. Praesentibus Rmo et Rndis in Chro patribus, Dnis Joanne de Lasko Archiepo Gnesnen Legato nato et primate, Mathia de Drzewicza Wladislauien, Joanne de Lubranicz Posnanien, Fabiano de Lusianis Warmien & Petro Thomizky Premislien et Regni nri Vicecancellario Epis necnon magnificis, Generosis, et Vnabilibus Christoforo de Schidlowyetz Palatino et Capitaneo Cracouien ac Regni nri Cancellario tunc Syradien. Sochaczowien, Gostinen etc Capitaneo, Nicolao de Lubranyetz Posnanien, Nicolao de Dambrowyeza Sandomirien et Regni nri exercituum praefecto gnali. Joanne Saremba de Calinowa Callisien. Jaroslao de Lasko Siradien. et Nicolao Jarando de Brudzow Lancicien. Otta de Chodecz Russiae, Andrea de Thanczin Lublin. Andrea de Nyszczicze Plocen, et Andrea de Crithno Rauen. Palatinis,

Luca de Gorka Posnanien et Capitaneo maioris
Nicolao de Schidlovyecz Sandomirien et Regni nri Thesaur
anne de Przeramb Siradien. Adam de drzenyetza Radomiensi
Joanne de Thanczin Lublinen. & Stanislao de sprova Sarnovien
Castellanis. Stanislao de Chodecz Regni nri et Capitaneo Leopolien,
Petro Cmitha sobyensky de Vyschnyitze Capitaneo Premislien et Cu-
riae nrae Marsealcis. Joanne Latalski Gnesnen. Cracovien et Lan-
citien Ecclesiarum. Joanne Carnkowsky, Scarbimirien. Joanne Co-
narsky Archidiacono Cracovien. Andrea Krziczky sancti Floria-
nim clepars ext muros Cracovien, et Nicolao Samoyski Tharno-
vien praepositis & Can^cis Cracoviensibus Joanne Gorsky Archidia-
cono Posnanien, Bernardo Vapowsky Cantore, et Jacobo Staskowsky
Canonicis Cracovien Secretarijs nris. Stanislao Chroberskij vexilli-
fero et pincerna ac Capitaneo Cressovien. Silvestro Ozarowskij
Succamerario et Burgrabio Cracovienbz Curiae nrae & alijs
qpluribus ita dignarijs officialibus ac Curiensibus nris ad pmissa
testibus fidedignis sincere et fidelibus dilectis. Dat per manus
praefati Magnifici Christofori de Schidlowiecz in Sczmyelowu et
magno Opatow Dni et haeredis Palatini et Capitanei Cracovien
ac Regni Poloniae Cancellarij, tum Siradien Sochaczovien. Go-
stinen nova Civitatis Corczyn Capitanei sincere nobis dilecti.

Christoforus de S. Palt. et
Crac. ac R. P. Canc. ssi.

Relatio Magnifici Crofori de
Schydlovyecz Palatini et Capi-
tanei Cracovien ac Regni Polo-
niae Cancellarij etc.

Declaratio Regia de Meyboum et alijs bonis in Districtu Tolkemiten con-sisten.

K.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae etc. Dns et haeres.